[illegible] & doces· & non accipis p(er)sonam· sed in ueritate
uiam di doces; Licet nobis dare tributu(m) caesari an non· Consi
derans autem dolu(m) illoru(m) dixit ad eos, quid me temptatis·
Ostendite mihi denarium; Cuius habet imagine(m) & inscriptio
nem· Respondentes dixerunt, Caesaris; & ait illis, Reddite
ergo quae caesaris sunt caesari· & quae di sunt do; & non po
tuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe; & mirati
in responso eius tacuerunt; Accesserunt autem quidam
saducaeoru(m) qui negant ee resurrectione(m)· & interrogauer(unt)
eum dicentes, Magister· moyses scripsit nob(is)· si frater alicuius
mortuus fuerit habens uxorem & hic sine filiis fuerit· ut acci
piat eam fr(ater) eius uxorem· & suscitet semen fr(atr)i suo; septem ergo
fr(atre)s erant & primus accepit uxorem· & mortuus e(st) sine filiis;
& sequens accepit illam· & ipse mortuus est sine filio, & tertius
accepit illam similiter & omnes septem· & non reliquerunt
semen· & mortui sunt; Nouissima omniu(m)· mortua est & mulier,
In resurrectione ergo cuius e[illegible] erit uxor· siquidem septem
habuerunt eam uxorem; Et ait illis ihs, filii saeculi huius nubunt
& traduntur ad nuptias; illi uero qui digni habebuntur saeculo
illo & resurrectione ex mortuis· neque nubunt neque ducunt
uxores neque enim ultra mori poterunt; Aequales enim an
gelis sunt· & filii sunt di· cum sint filii resurrectionis; Quia
uero resurgant mortui· & moyses ostendit secus rubum·
sicut dicit dnm dm abraham· & dm isaac· & dm iacob; Ds
autem non est mortuoru(m)· sed uiuorum; Omnes enim uiuunt
ei; Respondentes autem quidam scribaru(m) dixerunt;
Magister bene dixisti; Et amplius non audebant eu(m) quicquam
Interrogare; Dixit autem ad illos, quomodo dicunt xpm
filium dauid esse· & ipse dauid dicit in libro psalmorum·
dixit dns dno meo· sede a dextris meis, Donec ponam